

## 219.

*Markgraf Dietrich cignet dem Kloster Altzelle 10 Hufen im Dorfe Kagen, die derselbe von Dietrich und Volkmar, sowie von Sifrid, dem Verwandten derer von Wezeleswalde, wiederkäuflich erworben hat und die von diesen in Leipzig aufgelassen worden sind.* Leipzig, 1216 März 7.

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden (Meißen Dep. 25). S., an rothseidenen Fäden, = Taf. III. 2. Vergl. 5 Urk. 1220 Aug. 25 (später).*

*Ann.: Altzeller Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 21 und 103 Ann. 6.*

:In nomine sancte et individue trinitatis. Theodericus dei gratia Misnensis marchio Celle sancte Marie in perpetuum. | Propter peccata terre, ut dicitur, multi principes eius et multitudo dominationum materia solet esse dissensionum, dumque con- 10 trariis ab invicem studiis feruntur homines, | hii, qui sub ipsis sunt, in rebus suis etiam iuste legitimeque possessis periclitari plerumque incipiunt, ita ut usque ad viros divino cultui deditos hec noxa perveniat, | si non eis principalis auctoritas benigne in posterum prudenterque subveniat. Huius rei gratia tam presentibus quam futuris notum esse volumus, qualiter fratres nostri de Cella sancte Marie mediante Gerhardo abbate suo 15 decem mansos hereditarie proprietatis a duobus fratribus Theoderico et Volcmaro in villa Kagan pro centum triginta quinque marcis comparaverunt, itemque alios quatuor mansos et dimidium in eadem villa a Sifrido cognato eorum de Wezeleswalde pro sexaginta marcis redemerunt, quam videlicet mansorum summam pars utraque cum consensu omnium heredum suorum nobis in Lipz multis presentibus resignavit, nosque abbati et 20 fratribus prefati cenobii presentavimus. Ne qua vero in posterum ecclesiastica secularisve persona fratres ipsos super hoc legitimo contractu in bonis ipsis inquietare presumat, sub gratie nostre obtentu et rerum suarum dampno firmiter interdicens nostrique sigilli appensionem atque ydoneorum testium denominationem huic rationabili facto apponimus, qui subter sunt annotati: Ulricus scriptor. Heinricus senior, Heinricus iunior de Korun. 25 Hartmannus de Lobdeburgh. Sifridus de Mügelin. Sifridus de Zedliz. Ranuoldus de Kutez. Heinricus marsaleus. Heinricus de Kozebude. Heinricus de Lindenowe. Hildebrandus de Baruth. Hygo de Bennendorf. Wernherus de Steten. Lüdewicus de Plaunuwiz. Albertus de Riith. Albertus de Landesberch. Iohannes de Kywiz et alii quam plures divites et mediocres. Acta sunt hec in civitate nostra Lipz anno ab in- 30 carnatione domini millesimo ducentesimo sexto decimo, indictione v̇, nonas marci; feliciter amen.

(S.)